

V. An Account of the Virtues of Faba S^ti Ignatii,
mentioned last Transaction.

INdex virtutum quas experti sumus in fructu quodam amarissimo Philippinarum qui dicitur de Cabo longa.

Aiunt quemdam venenarium venisse ad Patrem Societatis Jesu ut eum interficeret cum halitu masticando herbas infectas, sed contrarium accidit, nam Maleficus cecidit semi-mortuus; Ex illis vero qui concurrerunt dixit unus, (forte Venenarius,) Patri, habes tecum aliquod Preservativum, & Reflectione facta, respondit Pater, habeo hic fabam quandam amarissimam cujus virtutes me latent. O Pater, dixit Indus, hoc est contra Maleficos, & hic miser sine dubio jacet semivivus, quia volebat maleficare te; exploratoque ore illius invenerunt illic superadictas herbas notorie venenatas: Ex hinc cepit magnificare hic fructus, & paulatim explicat sequentes alias Virtutes.

1. Habet Virtutes illius metalli quod Tumbaga dicimus, & compositi illius quod Ilingo dicitur, proficit enim contra spasmos ac ventos infectos, & contra quoddam genus spasmi quem nos dicimus sotan.

2. Proficit ut evomatur quocumque venenum, si rasuræ ejus bibantur cum Aqua frigida, item contra morsus venenatorum, si simul applicentur morsui aliquæ rasuræ ejus.

3. Item si aliquod Membrum laboret spastico proficit, si super partem infectam applicentur supradictæ rasuræ.

4. A

